Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1180
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



rerum custodiam communia esse concedo. Tercio si laborem
renuerit in hac ciuitate largas possessiones do-
nabo ei et omnes consuetudines et que mihi deberet
facere condonabo. Si uero domum tactus amore naturalis
soli repatriare uoluerit plurima uestimentorum muta-
toria et quecumque ei fuerint necessaria largire cum
habundancia auditis sermonibus regis frater fratrem
conuenit et quanta dominus permiserat ordine retexuit.
Cui frater. Si uis ut tecum moror. Unde quanti michi sit
redditus regis. Ipse uero omnes ostendit. Deinde inter-
rogauit quantas expensas rex faceret et ipse indica-
uit. Tunc ipse computauit cum fratre quod tantus erat reddi-
tus quanta et dispensa et dixit fratri. Amice uideo
dispensa quod est tanta regis quanti sunt redditus. Sed surrexit si
bellum regi nostro uel aliquid talis mihi procurabit ipse
suos milites uel mei inuenit eis nummos et si aliquo
consilio acquiremus. Cui frater. Timeo necensus meus
pars sit huiusmodi consilii et ideo uale quia hic nolo am-
plius morari. Dicit philosophus. Rex est similis igitur. Cui si
minus admotus fueris cremaberis si ex toto re-
motus frigebis. Arabicus interrogauit patrem suum
Si credidero uerbis philosophi numquam familiaris ero regi.
Cui pater. Cui pater. Fili regi placere magna pru-
dencia est. Filius. Pater erudi me quomodo oportuerit
me regi seruire ut prudens si benedictus ualeam
placere. Pater ad huiusmodi instructionem multa essent
necessaria que modo ad memoriam non reuocamus

De modo seruiendi regi doctrina